

Ann. II.

Num. VI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium subnotationis annuae, *praesolvendum*, in Italia est Libell. 10;
ubique extra Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, VOCIS URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud
COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

IN GALLIA

LUGDUNI
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
Rue Victor Hugo, 5

IN HUNGARIA

INSULIS (LILLE)
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
CHARLES AMAT SUCC.
Rue Cassette, 11. Rue de Metz, 41. BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DE MEDIATIONE	Monteluccius.
MULIEBRI BIROTA VELOCISSIMA (<i>La bicicletta per le signorine</i>)	Maurus Ricci.
PHILOSOPHIA HORATIANA	I. Lemette.
DE PUERIS IN CRASTINUM INSTITUENDIS — <i>Meditationes postumae</i>	I. Antonelli.
LATINAe ADNOTATIUNCULAE	F. R.
DE FRAGMENTIS FORMAE URBIS ROMAE NUPERRIME IN LUCEM PRODITIS	H. Marucchi.
DE VETERUM ABSTINENTIA	P. Angelini
B. VIRGO AB ANGELO SALUTATA	I. C.
SAPIENTUM INVENTA	L. M.
VIA APPIA	I. Cascioli.
NAPOLEON EX OPINIONE VULGI	Hersilus.
AVICULIS PARCE	E. de Vaissière.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES	C.
ANNALES	Eucalyptus.
AD LEONEM XIII P. M. die VIII. martii a. M DCCC IC.	C. Nocella.
COETUS LEGIBUS FERENDIS QUI UBIQUE GENTIUM CONGREGANTUR	Scriba.
FRUSTULA	Forfex.
BIBLIOGRAPHIA.	
EPISTOLARUM COMMERCIIUM	A secretis.
AENIGMATA	M. Fusco.

In secunda operculi pagina:

PER ORBEM (Quindenorum dierum praecipua) — Viator.
VARIA: An et hoc in praevisis, et praenunciatis? — Longaevitatis vaticinium — P. d. V. — loci — D. Macrae.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

PER ORBEM

(QUINDENORUM DIERUM PRAECIPUA)

Me quasi iter per orbem facientem ad praecipua quae e superiore huius commentarii numero inter quindecim dies acciderunt, referenda, eos qui legent praemonere iuvat, pauca heic iucunda inventuros: terra enim, ut omnibus constat, patria nostra est et sepulcrum. Quid igitur? « Idem semper erit, quoniam semper fuit idem ». Serviamus temporis, atque magno erectoque animo simus.



His exordii modo dictis, viam ingrediamur. Pedibus ne? **Aeris tempestas** ad cavendum inducit, monetque Venetensium civitatem furentis turbinis iram nuper expertam: fulmen templum prope Brillac ingressum, altaria diruisse, adstantium tres interfecisse, viginti tum igneo contactu, tum corruentibus lapidibus ad mortem plerosque vulnerasse.



Ergo curribus vapore raptis nos commitemus? Non desunt, quod noluerimus, huiusmodi currum **occursus**.

In Belgica, prope Bruxellensem urbem, atris nebulis aerem totum obscurantibus, celerrima currum series ab urbe Mons profecta, alteri a Tournai obviā venienti occurrit. Terribilis inde conquassatio; currus plurimi fracti sunt, viatorum ad triginta occisi, quinquaginta et amplius vulnerati, ferrei rotarum tramites disiecti, atque ita divulsi, ut reliquis itineribus per diem ineundis inducias ponere oportuerit.

Neque satis.

In Germania alia vaporitraha a Wurtembergensi regno profecta, cum prope Bruchal urbem feliciter pervenisset, e tramitis desiliit, magna quoque viatorum caede. Contra feliciter in Anglia, in itinere Glasgow versus, cum pariter duo currum series inter se occurrisserint, fractis machinis primisque curribus, prospera sorte omnino vacuis, qui aderant homines, incolumes evaserunt.



Ad maritima, quaeso, **itinera** descendamus. Memorandum in primis iter a germanica trireme *Bulgaria* feliciter expletum, quod tot tantisque tempestatis obnoxium fuit, ut merito undique ab ephemeridum scriptoribus Ulixis 'Odyssae' comparatum sit. Nox erat quae diem februarri secundam praecessit, cum exemplo, horrida furente procella, avulso gubernaculo, navis ventorum arbitrio est relicta. Fractis munimentis, fluctus navem inundarunt, cuncta diruentes. At virtus invictissimi Schmid ducis, neque metu neque dolore fracti, omnibus restitut, ut tandem nescia navis feliciter, ad Americae oras, Ponta Delgada portui feliciter appulerit. Berolini in legislatorum comitiis Torpitz, rerum navalium supremus curator, imperatoris nomine, erga nautam et classiarios invictae virtutis gratulationes amplissimas expressit.

Non idem contra alteri germanico navigio *Moravia* accidisse aestimandum est: telegrammate enim Neo-Eboraco misso innotuit, ipsum, ad Sabuli insulam, in duas partes divisum, nautis omnino carentem conspectum fuisse; atque inde deducendum classiariorum turmam omnino perireisse.



Ad terras igitur redditus, sed ad alias aerumnas recensendas; in primis **incendia**.

Terrible et late magnum infortunium, insu-

larum incolis in Gallia contigisse novimus; alterum saccari, alterum farinae opificium voraci igne, quem frustra milites ex vigilum cohorte extinguere conati sunt, fuisse consumpta. Damnum ad decies centena millia libellarum aestimant, opifices centum et amplius opera et lucro omnino destitutos adnumerant.

Haec inter, sacrilegium infandum memoriae occurrit: noctu scelestus quidam basilicam Sanctissimo Iesu Cordi in summo Martyrum Monte Lutetiae dicatam adiit, et contignationibus, quae monumentum adhuc circum saepiunt, ignem inferre conatus est. Flammam vix excitatam ventus extinxit, ideoque iterum rem aggrediebatur, cum a vigile monumenti custode sese conspectum animadvertis, illico vallum transiluit atque ex oculis aufugit.



Quae vero per id temporis decursum frequentissima, **explosiones**.

Austriae in oppido Rovigno, dum auriga fistula illius generis quod *Drama* vocant tabacum haurit, exemplo fistula explodit: quare, ut per omnes tabaci tabernas huiusmodi fistulae tollerentur, magistratum decreto exemplo cautum est.

In Helvetia, dum cunicularii opifices, qui cuniculum prope locum Eiger, ad ferreum iter per montes Jungfrau perficiendum, terebrarent, suffosionem igneo pulvere complebant; inclusa repente pulvis explosio eorumque sex interfecit, italos omnes, quos inter quendam cognomine Audi, operariorum magistrum, in cuius collum baculum repertum est infixum, quo ad foramen explendum opifices utebantur.

Savonae, prope Ianuam urbem, clibanus ad chalybem ruptus, alterum ex opificibus necavit, decem et octo vulneravit.

Inter funera pro Galliarum reipublicae praeside celebrata, Tolonae in portu ex *Magenta* loricata navi singulis horis tormenti bellici strepitu defuncti memoria, uti assolet, salutabatur. Cum vero id hora post meridiem secunda fieret, accidit forte, ut classarius quidam miles, Adolphus Crepain, munere nauta, imprudenti corporis motu, ictus explodentis viae sese transversum dedisset, oppositoque pectore, omnem ignitam pulveris flamman et ballista iactatam accepit. Corruit statim miserandus iuvenis omnino pene adustus et sanguine undique madens, atque ad nosocomium nautarum a contubernialibus deductus est. Incassum tamen; nam paulo post, in osculo germani fratri, classis eiusdem tyronis, inter acerrimos cruciatus decessit.

Spedia Italiae ex urbe simile accepimus, Vinctum Viale inter classiarios decurionem, quum contubernialibus iaculandi exercitio vacantibus adisteret, repente sclopedri ictu minus prudenter directo, occisum.

Quid denique de nitratæ pulveris fabrica Lagoubran ad Tolonam? Immenso, prope dicam incredibili infortunio non Galliae modo, sed et orbis universi incolarum animi moti sunt.



Hic vero plures merito inclamantes audio: « Desere, accipiter, desere iter ». Faciam libenter, Massiliae in Gallia sistens, obsequii ergo in Ranaivalo, Madagascar insulae olim reginam, mox illuc appulsam, comitantibus amita, sorore, nepti, et interprete. Triginta annos nata magno vultus ac corporis decore vestiumque elegantia præstat, et, quod plurimum est, ad decies centena millia gemmarum pretium illi esse dicuntur. At

ipsa minimi facit, cum prohibita fuerit Lutetiae Parisiorum incolere eaque ibi ostentare. Contra, in Algeriam migrare iussa est, ubi tamen rus publice ipsi paratur, quo anno quatuor ac vinti millia libellarum stipendio reliquam ducet vitam. « Sic transit gloria mundi! »

VIATOR.

VARIA

An et hoc in praevisis, et praenunciatis?

Quae insignes moribus et sapientia viri, laboribus, tormentis, morte ipsa probati, fecerunt ad abluendam turpissimae idolatriae notam a Gallis, frustra tulerunt. Nuper Bouddhae cultus Lutetiae Parisiorum, templis, aris, addictis hominibus in honorem instauratis, fuit. Nunc Isis cultus, Eleusina mysteria redeunt, et Mithriaca, quae Juliano Augusto moriente perierant, instaurantur. Sacerdotes et hierophantæ aegyptii populo oblati sunt a Julio Bois, habita concione de occultis. Hinc ad Isidis et Osiridis templis conatus.

« A veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur ». Haec olim scripsit Paulus apostolus. Quae nunc videmus, narravi.



Longaevitatis vaticinium.

Schooling, belga doctor, cuius fides rei sit, arithmeticam regulam, qua vitae annos nobis et cuivis reliquos probe sciamus, bene proposuit. Huiusmodi est. Da numerum octogesimum sextum; huic detrahe numerum annorum cuique proprium; reliquum quod sit, et qualecumque sit, in aequas duas partes dividendum. Huius divisionis quotiens dabit annos, qui vitae adhuc supersint. Belle, mehercule!; at si, puta, vir, de cuius vita scrutatur, octogesimum sextum annum excesserit, quid subtractioni dividendum manebit?... Et tamen quamplures sunt, ipso doctore teste, qui nonagesimum, nonagesimum quintum, et saeculum superabunt. Nam doctor idem ponit quoad vitam esse neonatis momenta quinque contra unum mortis; 119 argumenta vitas contra unum mortis in quinquennibus; 512 in decennibus; 347 in quindennibus; 207 in quadruplicibus; 156 in iis qui xxv^m vitae annum attigerint; 120 iis qui trigesimum; 97 iis qui xxxv^m; 78 si xl^m, etc.

Idem affirmat insuper, de datis mille hominibus sexagenariis, 599 processuros ad septuagesimum vitæ annum; 120 ad octogesimum; 17 ad nonagesimum. Inter mille nonagenarios denique saeculum vix quatuor attingent.

Quod quidem lectoribus nostris ominamur ex animo.

P. d. V.



Ioci.

Piscator quidam pisces in lacu conservato capere tentabat. Etsi pisces identidem escam mordebat, ne unus quidem captus est. Tandem balivus, lacus custos, quum piscatorem vidisset, ira commotus: « Heus tu! », clamavit. « Cur hoc in lacu pisces capere audes? Scisne hanc aquam conservatam? » - « Minime pisces capio », respondit piscator. « Nonne vides me hac esca eos alere? »

D. MACRAE.

In Ita
Ubiqui

DE

GRAVIS et
tuitur, q
Equidem ni
compromissori
interioribus cui
tutionibus claus
cet utroque, ne
dicatur aut inea
fuisse constet
arbitrati, sive n

At plerique
aut arbitratui a
nime vero amb
Inquirendum ig
haberi debeat.

Acceptissim
eritque semper a
nem tamen lon
mamus. Arduam
aio disputatione
videri: nempe
nocere; quapro
materiam tractan
tuentes ne ultra
sarios vincere vi
in eadem commi
haberi volumus.

Mediatio quid
se omnibus et a
quam neminem
rei repugnet; qu
facie putes aream
rationi contingere
extensiorem usu

Licet profect
pace offerre, lic
ante ipsum bellum
licet.

Ceterum me
sua offerre potest,
tram partium inv

Etiam, is qui
modo fiduciam of

Eademque rat
lite officium pra
quam oportet.

Nullius itaq
tati vel dignitat
iniuria erit, si med
nequaquam suscep
tentia tenus susti
alter invocabitur;

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
In Italia Lib. 10 Ubique extra . Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3		ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE MEDIATIONE

GRAVIS et ardua quaestio in praesens instituitur, quae sit optima cautio de pace. Evidem nil melius esse opinamur, quam pacti compromissori coniunctionem cum expressa in interioribus cuiusvis civitatis constitutionibus clausula, providente scilicet utroque, ne unquam bellum indicatur aut ineatur antequam irritam fuisse constet conciliationem, sive arbitratu, sive mediatione tentatam.

At plerique suffragantur quidem aut arbitratui aut mediationi, minime vero ambarum coniunctioni. Inquirendum igitur utra ratio melior haberi debeat.

Acceptissimus nobis quidem fuit eritque semper arbitratus; mediationem tamen longe praestare existimamus. Arduam itaque, ut erga nos, aio disputationem hac de quaestione videri: nempe nolimus arbitrati nocere; quapropter leviori calamo materiam tractare conabimur, metuentes ne ultra propositum adversarios vincere videamur, dum socii in eadem communis iustitiae causa haberem volumus.

Mediatio quidem aptissimam se omnis et ad omnia praestat, quem neminem offendat nullique rei repugnet; quamvis enim prima facie putes aream angustiorem huic rationi contingere, campum reapse extensiorem usurpare potest.

Licet profecto mediationem in pace offerre, licet in bello; item ante ipsum bellum, et positis armis licet.

Ceterum mediator sese sponte sua offerre potest, vel contra alterutram partium invocare mediationem.

Etiam, is qui tali conciliationis modo fiduciam offert, nusquam nimium obligatur.

Eademque ratione qui suum in hac pacifica lite officium praebet, ipse non tenetur amplius quam oportet.

Nullius itaque partis vel libertati vel utilitati vel dignitati detrimentum hic affertur. Non iniuria erit, si mediator personam sibi propositam nequaquam suscepit, aut susceptum munus sententia tenus sustinere exequive nequeat, nempe alter invocabitur; — non contumelia, si pars al-

terutra mediatorem recusaverit. Nam recusans sibimet ipsi nocet; sententiam ipse de se contumeliosam aperire videtur. Constat enim semper praejudicium haud mediocre contra recusantem fieri; conciliatoris autem temere recusati, quoad commercium inter gentes pertinet, recusati, in-

Quo autem modo instituetur et regetur conciliaoria illa, ut ita dicam, *actio*, quae non iudicium instaurare dici potest, sed tota in gratiosa consultatione versatur?

Liquet quovis modo posse exerceri. Liquet etiam sententiam, quae obtinebitur, magni fore; nam ceterae civitates hanc sententiam commendabunt, imo saepe praestabunt aut sane proponent auxilium ad servandum pactum a sententia manans, quum ad pacem ubique terrarum tuendam id intersit maxime. Sanctitas ipsa sententiae firmissimam omnium sanctionem continebit.

Hoc de voluntaria mediatione. Quae quidem locum semper habebit, ut patet: nam semper gens aliqua aut petere mediationem alicuius, aut ultro suam offerre poterit.

Quid iuris de obligatoria mediatione?

Nil obstat, nostra quidem sententia, quominus huiusmodi mediationis ratio instauretur; seu cuiusvis civitatis internis constitutionibus contineatur obligatio de mediatione poscenda, seu pactum de tali obligatione foederibus publicis inseratur.

De hoc pacisci possunt reges imperatoresque et ceteri gentium moderatores.

Sine damno enim possunt omnes gentes talēm obligationem contrahere, qua non stricto utique vinculo ligabuntur, sed ei solum pacto assentient, scilicet ut sese pacis continuanda experimento praestent bona fide, libertatem denique servent integrā, liberumque arbitrium nullius arbitrio committant, sed contra auxilio alienae bonae voluntatis consiliorumque et officiis neutrius confirment propriam libertatem.

Id de arbitratu utinam ausim tam certa asseveratione vindicare! Vehementer enim exoptandum est regimen arbitratus; at vehementer ab adversariis obiurgatur. Non propediem Potentiae maiores sese permanentis arbitratus pacto, mea quidem sententia, submittent; et plurimis Consilium tribunalis gentium instituendi obnoxium repulsis adhuc videtur, hac de causa, quod mediatio non compromittit, compromittit arbitratus.

MULIEBRI BIROTA VELOCISSIMA

(LA BICICLETTA PER LE SIGNORINE) (1)

*Tu quoque velocem birotam, romana puella,
Insili, et in cursu femina vince viros.
Vince viros, nulli nasum vel brachia frangens,
Sed tibi sufficiat rumpere crura canum,
Quum te circumstent rabido birotamque latratu,
Et cupiant suras prendere dente tuas.
Iam zephiri spirant lenes; imitata Camillam (2)
Da vestem zephiris, atque, age, curre viam.
Ridebunt pueri, ridebunt forsitan et ipsae
Dum tua matronae splendida facta vident.
Et ridebit anus, bucca imbecillis hiante,
Ostendens turpes et sine dente genas.
Sed tu firma mane, nullo perterrita risu,
Teque heroinam denique turba canet.
Te non impediant currus, electrea virtus
Quos agit, oh quantis fulgida principiis!
Nam tu dum curris, currit tua fama per Urbem;
Certatim iuvenes te celebrare student.
Horum si quidam currentem accesserit, ultro
Ipsa cade, et dextra tum pete subsidium.
Is dextram cupidus cupidae tibi tendet, et hora
Quum vobis aderit iungere coniugium,
Vos bini in birota tandem procedite ad aram,
Vos, quibus inspirat talia laudis amor.*

MAURUS RICCI S. P.

(1) Vide, sis, primum numerum huius commentarii.

(2) sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos.
VIRG. Aen. lib. 7, v. 806.

quam, non minuitur auctoritas, sed augetur potius. Nam si leviter levis negotiatoris conciliatio accipitur, non ita si de mediatore ingentis ponderis, perito simul ac doctissimo agatur; grave igitur erit, ut opinor, in recusatione discrimen, magno recusantis detimento.

Omnibus, ut supra diximus, eventis et omnibus rerum negotiorumque adjunctis proficit haec ratio, quippe quae non casum unum spectet, sed omnes amplectatur.

At arbitratus non ideo magnae utilitatis non erit; adventitus quidem permanebit, ut opinor, quia rectores populorum sese reluctantem committere compromisso sinent. Saltem, acceptissimus, ut est nobis, videtur arbitratus, nullo modo paeponterus; sed vult effici melior et aliquid incrementi capere, ipsa etiam doctrina.

Nam, quoties ad eam rationem recurritur, vere dici potest arbitratus acceptance animum pacis servandae non generari, sed manifestum modo fieri. Nam ubi consensus de compromisso concurrit, consilium accipiendae sententiae prius exstitit, ita ut fateri debeamus arbitratum bellis non impedimento esse, sed sub colore pacis conservandae latentem belli vitandi voluntatem elicere.

Attamen magni est existimandus; miram enim praebet ferociae populorum dextere flectendae facultatem, imperatorumque superbiae sollerter contrectandae. Imo, dum fit mora belli ineundi, bellum utique minus probabile efficitur; nempe concessisse nemo videtur, ideoque facilius omnes concedunt! Fictio pretiosa prorsusque laudabilis.

At quanto pretiosior res! id est haec nostra ratio admodum usui accommodata quae non indiget Kantiana refutatione loci communis: « istud in theoria quidem »; rem hic habemus, non fictionem, quae quidem res et in thesi et in hypothesi vera patet, cautio tuta populorum amicitiae, populorum consuetudine confirmata simul ac philosophorum doctrinis vindicata, ad omnia tempora et loca conformata, quae, minime compromittendo, lites gravissimas seu transactione, seu amabili sententia vel aliter, sola suasione et devotione componit. Quapropter mediationem optimum iuris gentium remedium in populorum litoribus arbitramur, spemque fovemus fore ut in legem *iuris gentium* universalem tandem aliquando redigatur.

MONTELUCCII.

PHILOSOPHIA HORATIANA

HORATIUM inter poetas maxime philosophum esse nemo ignorat, qui vel selecta ex illius carminibus aut sermonibus legerit; idque non minus, quam ipsa numerorum poeticorum colorumque ratio, causae esse puto, cur omnibus fere cuiusque memoriae littoralis viris vehementer fuerit probatus. Nullus quippe poetarum, quod sciam, qui de vita sapienter atque beate instituenda paeceperit saepius; nullus, cuius sententiae, quas rationis stylisque flores iure dixeris, tam in ore veniant eruditorum plurimorum. Quorum duos, exempli causa, libet afferre, ingenio valde moribusque diversos.

Bourdaloue primum, magnum apud Gallos divini verbi paeconem, qui in oratione de spernendis divitiis, humanae mentis imprudentiam verbis horatianis pluries redarguere non dubitavit; Voltaire deinde, qui ad amicum quemdam haec scribebat: « Te sententiis ex Horatio allatis trucidare velle videor... Optimus ille omnium concionator, placendi percipidus, iudicio commendatus, animique tranquillitatis imprimis doctor. Scit bene quid te tibi reddat amicum ».

Optimum ergo factu putavi, si propriam horatianae philosophiae notam effingerem, quantum saltem pro meo modulo assequi potui.

Poetae nostri philosophiam eiusmodi esse quam morale dicunt, neminem latet. Nihil aut certe parum curavit magnas illas quaestiones ad cognitionem pertinentes, quae apud Academicos atque Peripateticos agitantur. Non quod illas non didicerit (quippe alii suorum sermonum testatur se Athenis sub horum philosophorum disciplina fuisse), sed quia fortasse minus idoneas putarat quae versibus exprimerentur, aut potius huiusmodi, quae ab ingenio proprio studiisque abhorrent.

Hoc unum ex diversis sectis tractandum sibi sumpsit, quid ad beate vivendum conduceret; in hoc unum sexcenties versandum totus incubuit. Et revera, eo recidere oportet quaecumque philosophi disputant. Quo enim spectat philosophia, nisi ut quid verum, quidve bonum ab homine cognoscatur? Hoc omnis felicitas continetur. Hinc Horatius (1):

Quid verum atque decens curo et rogo, et omnis in hoc sum.

Hinc omnis laboris philosophici principium; huic etiam meta. Quam quomodo attigerit Horatius videamus. Missum quidem facio quo in sententias quamque diversas de vita beata veteres abierint philosophi. Quas ad tres revocari videre est in paeclaris disputatione, quam de finibus bonorum et malorum conscripsit Tullius.

Ut uno verbo dicam, Horatius harum opinionum nullam sectatus est, quod ipse palam profitetur (2): « Nullius addictus iurare in verba magistri »; sed omnes sectatus est, prout varie erat affectus: « Quo me », inquit, « cumque rapit tempestas, deferor hospes » (3).

Haec equidem est propria horatianae philosophiae nota, varium quiddam atque volubile, seu *ventosum*, ut eius verbis utar (4). Ventosum! aptissima vox, quam sapientiam insipientiae cuiusdam insimulare, seque in eorum numerum adscribere videtur, qui teste Apostolo, « circumferuntur omni vento doctrinæ ».

Et sane, Stoicum perfectum audis, virtutis verae custodem rigidumque satellitem, cum haec verba profert, quae summam seu quamdam doctrinæ stoicae epitomen exhibent:

*Quisnam igitur liber sapiens, sibique imperiosus,
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent,
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, et in seipso totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per laeve morari;
In quem manca ruit semper fortuna... (5).*

Sed haec Epicureum perfectum sapiunt:

*... Namque Deos didici securum agere aevum;
Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
Tristes ex alto coeli demittere lecto (6).*

Scio equidem de Diis colendis nostrum poetam curavisse quandoque; sed plus eruditionis hac de re habuisse videtur, quam verae pietatis. Alliciebat eum id quod deterius in Epicureismo erat; et quae sublimi volatu candidas alas expandebat, mox musa deprimitur, inque huiusmodi infrenata verba crebrius erumpet: « Dum licet, in rebus iucundis vive beatus »; aut: « Flores amoena ferre iube rosae »; vel: « Vive memor quam sis aevi brevis ».

Quonam certe pacto rectius sentire potuisset et altius ille qui « immortalia nunquam sperare » aut

(1) I Epist. I, v. 11.

(2) Ibid. v. 14.

(3) Ibid. v. 15.

(4) Ibid. VIII, v. 13: « Romae Tibur amem *ventosus*, Tiberem Roman ».

(5) II Sat. VII, v. 8;

(6) I Sat. V, 101

« spem longam resecare » iubebat; qui audentiori animo *Epistole XVI*, lib. I, his verbis finem imponebat: « Mors ultima linea rerum est »; quem se « Epicuri de grege porcum » non pudebat appellare?

Inde factum est, ut qui pulcherrima sapientiae paecepta saepius promulgaret, his nullo modo uteretur, nec retinenda curaret, ubi lautiorem mensam extstructam vidisset. « Tuta et parvula laudo », inquit, « cum res deficiunt », etc. (1).

Quod auream illam attinet mediocritatem, de qua multa paeclare passim dixit, si ea quis attente legerit, videbit non tam virtutis quam tranquillitatis atque otii cuiusdam desidiosi amorem redolere. Quod sane mediocris philosophiae est.

Quanquam dignus omnino qui legatur Horatius (huc enim nostra spectat opella), apud quem multum voluptatis capient qui litterarum sapientiaeque flosculis delectantur. Multa namque huic atque illuc sparsit, quae variis humanae naturae affectionibus mire accommodantur et quadrant. Quae ut colligere est iucundissimum, sic referre in hunc commentarium plus aequo longum. De Horatio peculiariter haec dicta velim, quae sanctus Basilius de libris Gentilium legendis habet: « Nos, si sapimus, ubi quantum nobis congruit, ac veritati affine est, ex his scriptis collegerimus, reliquum paetermittimus. Et quemadmodum in decerpendo roseti flore sentes devitamus; sic et in talibus sermonibus, quidquid utile est carpentes, noxiū vitemus ».

I. LEMETTE.

DE PUERIS IN CRASTINUM INSTITUENDIS

MEDITATIONES POSTUMAE

SUMMA aestate quum ipse torridus mensis a divo Iulio dictus ferueret, dumque, uti cecinit vates, *Exoriturque Canis latratque Canicula flammans*,

ad proxime ineunda laureae pericula, civilis Romanorum iuris digesta, simulque hodiernos codices, aliquot abhinc annis, pervolvebam. Madebant nitidae chartae, manante ex fronte sudore; at ipse iuvenili cogitandi vi correptus, non semel quae mihi, quae civitati utilitas (tenebas, candide lector, risum), me feliciter doctore renuntiato futura esset animo agitabam.

Multa namque ex scholasticis ipsis paelectionibus excitari in dies animadverteram, quae totius civilis societatis vivendi rationem paulatim immutare contenderent, ea relicta, iuxta quam nostri parentes, avito exemplo incitati, nobis sive literarum, sive philosophiae alteriusve disciplinae, sive iuris curriculum ineundum suaserant.

Leges enim et rigidas de rebus possidendi regulas, iure Quiritium primum constitutas, urgente quotidie magis operariorum, artificum, agricolarum egestate, eorumque exploratis iuribus, qui manuum labore vitae sibi necessaria comparant, temperari oportere, unum prudentium virorum consilium iamdiu esse neveram, atque ita paulatim flecti ut, ne dicam bonorum communitatem assequeremur, quod insanabile tribus anticyris aegri somnium appetit, sed ut multa, quae neglecta essent, cauta fierent, pauca quae timido gressu incopta, viriliter perficerentur.

Hinc legislatorum crescere labore, at patronorum actorumve omnium negotium minui in dies oportebat. Praesidiis enim bonorum relaxatis, opibus

(1) I Epist. XV, 42. Cf. Sat. VII, lib. II, ubi, a v. 22, pluribus a servo ob inconstantiam se reprehendi fingit.

fortunisque, divisis, privata bona ad comitabatur, ita ut, sarum occasione commodo, sed dentium fine

Et sane et latos, publica ambire officia ut statutis ex aferme absonum nonnisi rerum

Mox laurea (libet namque domesticis ne cogitationibus quid tamen? S abripior, ita ut viores fieri in

Quid igitur me meaque on iunioribus, tot p idem a nobis a ventutis fide ag

Quid est, q tiarum litterarib, non iniuriae diviti ingenio p fortunae donis, humanae vitae Plures profecti laureas ceterav sticis angustiis difficultatibus, c sentientes, iam g gere posse diffici obstringimur, a quasi gladiatori

Itaque perpar comparandam nostri sibi prop optimi civis es dicere, nunc in scientiae simul modi sibi vel ci tibus, medicus in chitectus nullis

Fallacis igitur perientia, primi lescentium animum ipsorum tun nenda essent, ne coartarent; non absolvit queat: commodum erit,

Numquam om imbellis timidiq offeramus nos pericli... Qua re in dementis est, subven pientis est, eoque m quam, addubitate,

Ille p Laetus Dixa.

qui audentiori
bis finem impo-
est»; quem se
debat appellare?
sapientiae pre-
modo uteretur,
in mensam ex-
laudo», inquit,

ritatem, de qua
s attende legerit,
illitatis atque otii
Quod sane me-

egatur Horatius
d quem multum
entiaque floscu-
que illuc sparsit,
onibus mire ac-
colligere est iu-
mentarium plus

riter haec dicta
s Gentilium le-
quantum nobis
is scriptis colle-
Et quemadmo-
s devitamus; sic
le est carpentes,

I. LEMETTE.

—
TITUENDIS
MAE
mensis a divo
ti cecinit vates,
flammas,

civilis Roma-
nos codices, ali-
debant nitidae
at ipse iuvenili
uae mihi, quae
or, risum), me
set animo agi-

praelectionibus
e totius civilis
immutare con-
parentes, avito
, sive philoso-
ris curriculm

possidens re-
titas, urgente

agricolarum
, qui manuum
ant, temperari
consilium iam-
flecti ut, ne
remur, quod
nunquam apparet,
cauta fierent,
riliter perfice-

at patrono-
minui in dies
axatis, opibus
pi, a v. 22, plu-
ingit.

fortunisque, latis gradatim legibus, in dies magis
divisis, privatorum patrimonia communui, reipublicae
bona ad communem utilitatem augeri necesse vide-
batur, ita ut, deficiente stimulo, tot agendarum cau-
sarum occasiones tollerentur, haud levi ferme civium
commodo, sed nostrum omnium iurisprudentiae stu-
dentium fine pene sublati.

Et sane ex senioribus multos, vix doctores re-
latos, publica statim sollicitare munera, et quodvis
ambire officium ad populi gerenda negotia videbam,
ut statutis ex aerario stipendiis vitam traherent, quod
ferme absonum omnino ab initis studii consilium,
non nisi rerum statu coacti, amplexati fuerant.

Mox laureo serto, licet iam aetate arido, onustus
(libet namque iterare: « datur omnibus »), variisque
domesticis negotiis implicitus, haud saepe, fateor,
cognitionibus primae iuventae animum adiicio: ec-
quid tamen? Si tantulum induciae sunt, iis statim
abripior, ita ut mente non facile expellam, imo gra-
viores fieri in dies magis persentiam.

Quid igitur? timeo mihi? Non id velim putas;
me meaque omnia fac omnino praetermissa; at tot
iunioribus, tot pueris timeo, qui, nescio quo fato pulsi,
idem a nobis aegre vix perfectum iter candida iu-
ventutis fide aggreduntur.

Quid est, quaeso, iuvenes, in votis? Num scientiarum litterarum culmen attingere? At, ex vo-
bis, non iniuria dicam, quot esse reputem, qui tam
diviti ingenio polleant, tantis naturae, civilis ordinis,
fortunae donis, ut ad illum nobilissimum ferme
humanae vitae finem quieto animo tendere queant?
Plures profecto, experientiae credam, diplomata,
laureas ceterave huiusmodi vix potiti, studia dome-
sticis angustiis coacti linquent, multi ingenium tot
difficultatibus, obstaculis, validioribus aemulis impar-
sentientes, iam in ipso curriculo se metam contingere
posse diffident, ideoque vix studiis, quibus lege
obstringimur, absolutis, certamen contento animo et
quasi gladiatoria servitute vindicati deserent.

Itaque perpauci ad scientiam, plerique ad vitam
comparandam studiis aluntur; ita ut quae maiores
nostris sibi prope excusanda putaverant, illud enim
optimi civis esse autumabant facere magis quam
dicere, nunc immutata vice ad inane ostendandum
scientiae simulacrum querantur. Nihil enim com-
modi sibi vel civitati afferent patronus nullis clientibus,
medicus infirmis destitutus, machinarius vel ar-
chitectus nullis operum susceptoribus.

Fallacis igitur spei, qua nos, haud laeta sane ex-
perientia, primi decepti sumus, minime iuvat in adolescen-
tium animos incitamentum addere; imo plura-
tum ipsorum tum parentum considerationi propo-
nenda essent, nisi angusti nimium fines sermonem
coarctarent; non enim ea res est, quae tam paucis
absolvi queat: sint haec igitur modo dicta; ubi
commodum erit, persequemur.

I. ANTONELLI.

Numquam omnino periculi fuga committendum est, ut
imbellies timidiq[ue] videamur, sed fugiendum illud etiam, ne
offeramus nos periculis sine causa, quo esse nihil potest stultius... Qua re in tranquillo tempestati adversam optari
dementis est, subvenire autem tempestati, quavis ratione, sa-
pientis est, coque magis, si plus adipiscare, re explicata, boni
quam, addubitate, mali.

(Cic. De offic. I, 23, 80).

Ille potens sui
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixisse: Vixi.

(Hor. Lyric. III, 29).

LATINAE ADNOTATIUNCULAE

Consummare-consumere; consummatio-consum-
ptio; consummator-consumptor.

QUAMQUAM specie similia sunt haec verba, ex iisque
unica Italorum vox *consumare* manavit, tamen diligenter distinguenda sunt ut quodammodo inter se op-
posita. *Consummare* enim idem est ac *summam* efficere,
summam dare alicui rei; *consumere* contra est detra-
hendo sensim sine sensu ad nihilum redigere. Prior vox
fere non ante Augusti aetatem in usum venit; altera
iam apud vetustiores scriptores occurrit. *Consummare*
duabus potissimum gaudet significationibus; aut enim
valet ex pluribus partibus totum confidere; quod dicitur
non solum de numeris sed etiam de aliis rebus, ut apud
Livium (28, 17) L. Scipio, post receptam secundi Punici
belli tempore Hispaniam, narratur iam Africam Cartha-
ginemque et in suum decus nomenque velut *consum-
matam* (i. e. ad *summam* redactam, simul collectam)
eius belli gloriam spectare. Alio sensu *consummare* est per-
ficere, confidere aliquid, ad perfectionis fastigium evehere.
Hoc sensu a Quintiliano (3, 9, 9) nulla ars dicitur *con-
summari* ibi unde ordendum est; hoc sensu idem Quintili-
anus in illo pulcherrimo loco ubi de honestate cum
loquendi facultate coniungenda loquitur (12, 1, 30), « iu-
ventus », ait, « immo omnes aetates (neque enim rectae
voluntati serum est tempus ullum) totis mentibus huc
tendamus, in hoc elaboremus; forsitan et *consummare* con-
tingat ». Dicitur etiam de homine vel de animo hominis;
unde de quadam acerba morte praerepto ait Quintilanus
(10, 1, 89): « Serratum *consummari* mors immatura non
passa est », h. e. mors haud permisit Serrano, ut ad per-
fectionis laudem perveniret. Item Seneca non improbanda
sententia est: « una re *consummatur* animus, scientia bonorum
ac malorum immutabili ». (Ep. ad Luc. 88, 28). Hinc
patet qua vi argenteae aetatis scriptores, ut Plinius, Seneca,
Quintilanus, de sapientia vel arte vel eloquentia *consum-
mata* loquantur (v. exempla in lexicis), itemque de viris,
oratoribus, professoribus consummatis atque perfectis. Nec
minus manifestum est quo sensu accipienda sint voces
consummatio, *consummator* post Augusti aetatem saepius
usurpatae; nam *consummatio* pariter ac verbum quo de-
rivatur dupliciter intelligetur, vel pro collectione plurium
rerum vel pro absolutione et perfectione aliquius rei;
consummator autem idem erit ac *perfector*, recteque Ter-
tullianus (*Adv. Marc.* 4, 22) veteris Testamenti initiatori
opponet novi *consummato*.

Haud multis opus est illustremus alteram vocum fa-
miliam quae a *consumendo* est; ut enim *consumere* est de-
trahendo ad finem perducere, dicimusque latine non solum
*consumere fruges, pecuniam, et res quasdam flamma, incendio consumi, verum etiam plurimum studii, vel
multum operae et laboris in aliqua re consumere*, ita
consumptio est vel destructio rei cuiusdam vel usus (ad
Her. 4, 22: « haec non videntur repperiri posse sine elabo-
ratione et *consumptione* operae », ubi alii legunt: *sum-
ptione*); *consumptor* denique dicitur ignis, consector omni-
um (Cic. Nat. D. 2, 41), ut a Servio (*ad Aen.* 6, 395)
terra omnium corporum *consumatrix* dicitur.

Nunc velim te, adolescens lector, mentem convertere
ad significaciones verbi italicici quod est *consumare*; vi-
debis plerumque eadem sententia usurpari qua latinum
consumere; sed cum dicimus: *uomo consumato negli studi, nel commercio*, haec locutio a *consummando* est, quam-
quam vulgo non recte a *consumendo* dicitur, quasi iste
dicatur in studiis, in mercatura vires suas amisisse, quod
absurdum est. Item *consumare un reato revocat in mentem*
Q. Curtii locum (6, 10, 14): « scelerati conscientia obstre-
pente condormire non possunt, agitant eos furiae non
consummato modo sed etiam cogitato parricidio ». Patet
igitur italicam vocem *consumare* utriusque latini verbi
heredem quodammodo fuisse, et in unum veluti flumen
duos ante rivulos confluxisse.

Huic rei autem moneo ansam praebuisse iam argenteam
et senescentem latitudinem. Nam Lucanus iam participium
consummatus -a -um usurpaverat ut significaret rem ad fi-
nem perductam (1, 336: « Pontica regis praelia, barbarico

vix *consummata veneno* », i. e. ad finem perducta, cum
Mithridates se ipsum veneno sustulit). Post eum multi,
praesertim christiani scriptores, *consummare* posuerunt
pro eo quod esset finire, mortem obire; ut Hieronymus
in Is. VI ad 16, 6: « *consummato* Antichristo et parente
eius diabolo »; itemque *consummatio* saepe dicta est pro
fine, exitu, ut in locutionibus: *consummatio* temporis,
saeculi, *consummatio* ultima, quibus passim scriptores
christiani utuntur.

F. R.

DE FRAGMENTIS FORMAE URBIS ROMAE

NUPERRIME IN LUCEM PRODITIS

DUM antiquatum cultores Romani Fori effossio-
nes, de quibus verba iam fecimus, magna animi
exspectatione sequuntur, detectio prorsus inopina in
alia Urbis regione hisce ipsis diebus evenit.

In eversione enim muri cuiusdam recentioris ae-
tatis, prope aedes Farnesianas, Severi Augusti tem-
pore, fragmenta quamplurima veteris formae Urbis
marmore insculptae, quae ad instar lapidum ibi adhi-
bita fuerant, in lucem prodierunt.

Monumentum hoc profecto insigne magna ex
parte notum archaeologis plane erat, et in Capitolii
museo collocatum disquisitiones eruditorum iam inde
ab elasto saeculo saepe excitavit multas.

Attamen nova fragmenta, quamvis parvi moduli
fere omnia, magni momenti profecto haberi debent
ad ea investiganda, quae ad restitutionem, topogra-
phicam veteris Urbis referuntur.

Sed cum argumentum hoc tractatione satis ampla
dignum sit, nos, re tantum nunciata, sermonem de
eo differimus in proximum numerum.

H. MARUCCHI.

DE VETERUM ABSTINENTIA

CHRISTIANIS legibus per hos dies imperata ieunia
in memoriam reducunt veteris exempla sobrie-
tatis, sive eorum qui puram religionem, sive qui
cultum deorum inanem sectati sunt. Quae frugali-
tatis consuetudo si cum delicatis ac mollibus aetatis
huius moribus comparetur, haud scio utrum plus
admirationis habitura sit praeterita virtus, an praesens
ignavia pudoris.

De veteri Ecclesiae disciplina non loquar, nec
referam, quam parce, continenter, sobrie se gesse-
rint strenui illi Christi sectatores, quamque severe
per solidam quadragesimam ab omni cibi robustioris
obsequio indulgentiaque discesserint. Insidebat enim
eorum mentibus forma expressa virtutis, divina re-
cens accepta doctrina.

Verum quid Iudei, dura cervice homines, impigri
illi quidem ac solentes, sed qui omnia fere visi sunt
ad victum cultumque corporis retulisse? Nihilominus
egregiam illis laudem continentiae deberi, vel hoc
primum ostendit, quod, si qui in escam aut vinum
essent effusi, eos mane pastos aut potos solerent dic-
ere. Quod si a Sacris Litteris petas, quibus maxime
uterentur sustentandis corporibus, panis et aqua multo
saepius occurrit, quam cetera, adeo ut utrumque
pro cuiusvis generis alimento ac potionie usurpentur.
Quare mirum non est quod singularis exempli fo-
mina Ruth a viro divite Booz se splendide exceptam
putaverit, seque ostenderit gratiae referendae stu-
diosissimam propter invitationis id genus: « Si si-
tieris, vade ad sarcinulas et bibe aquas de quibus

et pueri bibunt... Quando hora vescendi fuerit, veni huc et comedere panem » (1). Nec rege indigna visa sunt quae Davidi fugam capessenti obtulere humanissimo officio et Abigail, et Siba et Berzellaius; panes, uvae passae, hordeum, farina, fabae, lentes et frixi ciceris. Iam piscis usus ad extrema usque tempora nullus apparuit, quemadmodum nec foecula nec allec nec exquisitoria gulae irritamenta. Valde


stomacho convenire; huic aliena esse complura, ut salsa, ut iurulenta, ut pingua; ad facilem cibi concoctionem materiae genus non minus quam modum pertinere. Ecquis autem dubitet quin, qui cibis appetendis nimis efferantur, ii neque in reliquis sibi facile temperent, eoque acriores admoveantur faces libidinis, quo quis palato largius ventrique pareat? Atque haec more suo persequitur Tertullianus 2 in *Marc.* cap. 18.

in *Republica Platonis*, in numero habebat rerum inutilium, quas immoderatio luxus intulisset: quippe nonnisi epulis usui esse possent. Ceterum quinam fama sobrietatis clarior quam Socrati, quorum parens aiebat alios homines vivere ut ederent, se ideo edere ut viveret: princeps vero eius auditorum Plato, in praecella illa epistola ad Dionis propinquos, affirmabat desperare se de Siculorum moribus emendandis, quod bis in die saturi fierent?

Multa de Romanis afferri possent, nisi supervacaneum ac pene puerile videretur aut L. Q. Cincinnatum memorare, aut Fabricium, aut Catonem. Ne multus in re vulgarissima sim, nonne satis ipsa loquuntur persaepe nomina? Nam, unde et Fabii dicti sint et Pisones et Lentuli et Cicerones facili negotio intellegi potest.

Iam nos, qui christiano gloriamur nomine, retinendis Ecclesiae legibus de abstinentia mitissimis habebimus impares? An ex Epicuri grege profecti magis videamus, quam ex Eius disciplina sanctissima, qui quum ceteris cupiditatibus, tum gulæ bellum indixit acerrimum? At eo usque socordes enervesque si qui erunt, hos arguet ipse Epicurus cogetque erubescere, prolatis in epistola ad Menoeum sententiis, quae a Diogene Laertio referuntur: « Simplicibus et non magnifice paratis cibis assuescere et salubritatis est et hominem ad vitae usus necessarios impigrum reddit... Non convivia et commissationes, non eorum usus quae affer pretiosior mensa suavem gignit vitam, verum ratio sobria causasque perscrutans cur quaeque vel eligenda vel fugienda sint ».

P. ANGELINI.



Guido Reni pinxit.

erat lauta gustatio lac et mel, quorum alterum suadetur in libro *Proverbiorum* his verbis: « Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos et in necessaria domus tua » (2).

Tenui victu contentis haud ita arduum fuit, opinor, Moysis leges de abstinentia servare, non ad arbitrium latas, sed quae secundae valetudini praesidio essent moribusque tutandis aptissima, quod inter alios Clemens Alexandrinus docet (3). Omnibus autem communia haec et probata sunt, nihil magis adiuvare hominem labori deditum, quam tempestivam abstinentiam; non omnia quae boni succi sint protinus

Haec autem consuetudo cavendi a quibusdam causa religionis non ita Iudeorum propria fuit, ut cum finitimi gentibus nihil commune haberet. Nam Syri atque Aegyptii ab edendis piscibus abstinebant; fortasse etiam Graeci: siquidem apud Homerum indicium nullum est; credo, quod pleniore cibo indigerent heroicae aetatis viri fortissimi. Aegyptiis Thebanis aries erat in vetitis; ab inventis aliunde cibis aut potionibus abhorabant sacerdotes, quorum a mensis non modo pisces arcebantur, sed et rapaces aves et ferae separatis ungulis aut teretibus plantis. Multi etiam inter eos, quum lustralibus sese aquis expiarent, ovorum, olerum, leguminum usum sibi interdicebant. Aegyptiis denique universis nefas vesici fabis, maximeque suibus, quorum custodiam Socrates, ut est

(1) *Ruth*, II, 9, 14.
(2) Cap. XXVII, 27.
(3) 2 *Pedag.* 1.

B. VIRGO AB ANGELO SALUTATA

GUIDO Renius, eximus sui temporis artifex, quum effigiem Michaëlis archangeli pingeret, quae in praesentiarum servatur in aede Franciscalium capulatorum ad forum Barberinianum, fertur diu domi permansiisse ac nemini se visendum praebuisse.

Cum autem omnes admirati essent divinam prope formam archangeli, uno ore dixisse, pictorem eo temporis in coelum evolasse, ut postea in terris eam imaginem ad veritatem exprimeret.

Hoc idem ducimus affirmandum de picta ab eo tabula, B. Virginem ab angelo salutatam referente, quae modo Romae in palatio Quirinali adseratur.

Renius enim ita affabre Dei Parentem atque Gabrielem archangelum expressit, ut prope credi possit divinas ipsas formas eius oculis oblatas fuisse.

I. C.

SAPIENTUM INVENTA

COMMENTARIJ nostri moderatoribus, ut physicae certisque naturae disciplinis, tot inter eximios doctrinæ viros, partes tribuanu[m] suadentibus, libenter animum induxi, ea tamen præcipua spe excitatus, ut aliquid pro mea parte conferre possim ad illud excludendum, quod in primo numero, veluti alterum e commentarij finibus memoratum scio, némpe de latino sermone pro omnibus disciplinarum bonarumque artium utilitate adhibendo atque instaurando. Itaque, ut rem quodammodo aggrediatur, recentiora quaedam inventa recensere ante omnia utile duxi.

De novis elementis. *Argon* et *elion*, quorum alterum an. MDCCXCIV a Rayleigh et Ramsay cum aëris nitrogenio commixtum, alterum a Ramsay an. MDCCXCV recognitum fuit, septem nova elementa sunt elapsi anno secuta: *krypton*, *neon*, *metargon*, *xenon*, *coronium*, *polonium* atque *etherion*. Horum quatuor, quae prima adnumeravimus, Ramsay Trevesque, cum 1. 18 liquidi *argenos* in partes,

iuxta evaporat portionem 9, aëris ebullitione lamque ex nit - cui densitas viridibusque li aëre esse Fried duere. In novis targon et xenon viridique coloris carbonis miris sitione vero nabens, a domi sulfure chimica nemo adhuc svisibles Röntgen virtus esse. Na magistri, corona videnda in solariis ad Puteolo que reperierunt hydrogenio leviter etiam coronium venit. Huic elem dum satis proplex quam inducendi calorem Forte in terra atmosphera et spatium adest.

De recentibus planetis. Max nium inventum fuit planeta DQ quem G. Witt culatoriae « Urrolini in urbe aet, Niceae ad Valois, eadem die, gusti, in photographine impressum runt. Planeta momenta mar orbita sua. E perationibus ab aug die idibus ad septembr. Berliniensis coquæ elliptica primus statuit. Berlini spatiu Martis medium planetam illum quia pars in aequali medius motu. Per notationes sūmunicavit, Mille comprobantes geometrā computaverat. Secundum Millium decimo se set, secundo nō Fere decimo quā perielio perigeo minimorum; splendens apparebat larem; alia s MDCCXXIV. Tā Itale Regalis elementa reddere quoque perturbata auctoribus; Tē graviores sunt; spatium omnino

De physice magni ponderis radiationibus et transmissionibus

at rerum inuisisset: quippe rerum quinam tactici, quorum tederent, se ius auditorum s propinquos, horibus emen-

isi supervaca- Cincinnatum m. Ne multus cosa loquuntur i dicti sint et negotio intel-

nomine, reti- mitissimis ha- profecti magis nctissima, qui bellum indixit rvesque si qui ne erubescere, tenti, quae sicibus et non salubritatis est impigrum red- , non eorum em gignit vi- rscrutans cur- t.

ANGELINI.

UTATA

artifex, quum que in praecapulatorum permanisse ac vivinam prope rem eo tem- ris eam ima- cta ab eo ta- ferente, quae ur. atque Gabrie- possit divinas

I. C.

A

physicae ce- eximios do- inter animum aliiquid pro- um, quod in finibus me- ro omnium adhibendo modo aggre- ante omnia

orum al- y cum aëris . MDCCXCIV elapo anno polonium at- meravimus, s in partes,

iuxta evaporationis gradus, divisissent, invenerunt, atque portionem 9,76 densitatem habentem non amplius ad aëris ebullitionis gradus liquefaciendam experti sunt, illamque ex nitrogenio et argon cum novo elemento neon - cui densitas 9,6 - constare. Spectrum in rubris citreis viridibusque lineis distinguuntur. Dicunt autem et elion in aëre esse Friedländer et Kayser, qui neonos spectro studuerunt. In novissimis liquidi argonos residus krypton, metargon et xenon inventa sunt. Kryptonos spectri lineae croceo viridique colore micantes apparent; metargonos hoxidi carbonis mira similes; xenonos colore argonos similes, positione vero dissimiles. Polonium, bismuthi similitudinem nabens, a domino et domina Curiè in pitchblende cum sulfure chimica affinitate coniunctum inventum est, sed nemo adhuc separatum habere potuit. Videtur et ei invisibles Röntgen illius analogas emitendi radiationes virtus esse. Nasini, Andalini et Salvatori, chymices itali magistri, coronum, quod iam instrumentum ad spectra videnda in solis atmosphera demonstraverat, in sulfuri ad Puteolos Vesuvum que reperierunt. Etherion hydrogenio levius, ut est etiam coronum, Brush inventit. Huic elemento, nondum satis probato, centuplex quam in hydrogenio ducendi calorem virtus est. Forte in terrae et solis atmosphera et ubique per spatum adest.

De recentissimo planeta. Maximum omnium inventum elapsus anno fuit planeta DQ 1898 (433), quem G. Witt turris speculatoriae « Urania » Berolini in urbe astronomus, et, Niceae ad Varum, Charlois, eadem die, idibus augusti, in photographica imagine impressum reperierunt. Planetae pondus et momentum maximum in orbita sua. E perpaucis notationibus ab augusti postridie idibus ad pridie kal. septemb. Berberich, clarus berolinensis computator, quae elliptica data vocant, primus statuit. Ex iis infertur, cum maior semiaxis 1,461, perielium spatium 1,126 afeliumque 1,796 sint - dum Martis medium spatium 1,524 est, et afelium 1,666 - planetam illum cum Martis contextam orbitam currere, quia pars in afelio extra istius orbitam sita sit, quamvis medius motus primum inter planetas externos faciat. Per notationes suas et quas ei Cerullius ex Teramo communicavit, Millosevich Romae iteravit rationes, quae, comprobantes generatim, castigant tamen quas Berberich computaverat. Huic novo planetae tempus periodicum, secundum Millosevich, diebus 644,066 est; et cum afelium decimo sexto ante kalendas iulias elapsi anni fuisse, secundo nonas maias huius anni perielium erit. Fere decimo quarto kalendas februario anni MDCCXCIV perielio perigeo nodale erat; spatium a Terra minimum minimorum; splendor eius sextae aut septimae magnitudinis apparet; idcirco aptissimum quem optime specularemur; alia satis apta oppositio erit idibus ianuarii MDCCCCXXIV. Tamen Millosevich ipse, notatione in actibus Itala Regalis academiae, vulgo dei Lincei, edita, assert elementa reddenda esse meliora, atque computandas quoque perturbationes quae fient Iove, Marte, Terraque auctoribus; Terrae autem perturbationes quam Martis graviores sunt; quod minimum a Marte quam a Terra spatium omnino maius est.

De physicorum inventis. In physica nullum magni ponderis et momenti nuper inventum. Maxime X radiationibus et telegraphicis, sine metallicis conductoribus, transmissionibus naturalium disciplinarum cultores stu-

duerunt. Practica illarum radiationum in chirurgicis operationibus accommodatio in dies latius progreditur, et medici qui in bello inter Hispaniam et Americae septentrionalis foederatas civitates exercitus sequebantur maxima cum utilitate eas adhibuerunt, easque ad projecta in vulneratorum corpore requirenda, omnino necessaria censuerunt.

Spatium in quo Hertiana ondulationes propagantur dicitur longius extensem, et usque ad 500 km. Societas britannica, quae hunc ad longinquiores homines transmissionum electricum ordinem in sua proprietate habet, eo continue utitur ad communicandum cum transatlanticis navibus, quae prope britannica litora iter faciunt. Dicitur etiam Tesla americanus, inter electricitatis studiosos paeclarus, novi ordinis ad electricam vim procul sine metallico ullo conductore mittendam, proprietatis chartam sibi vindicasse. Hic novus ordo, pro conductibus, superioribus aëris partibus nimium rarefactis, et ideo bene electricitatem ducentibus, utitur, cum notum

magisque oxigeni maiorem quantitatem continet. Hic liquor multum oxigeni complectens ad perplures usus adhiberi potest, ipse Linde, cum carbonis pulvere mixti, eius usum ad explosiones producendas suadet.

L. M.

VIA APPIA

A porta moenium Servianorum Capena, quae quingenorum fere passum spatio ab ea aberat, cui aevi medio S. Sebastiani nomen inditum, via Appia incipiebat, de qua Statius (*Silv. II, 2*).

Appia longarum teritur regina viarum.

Appius Claudius caecus, sumptu publico ingentique impensa, anno CCCXLII ab Urbe condita, Capuam usque viam aperuit munivitque magnis lapidibus, quam C. Julius Caesar Brundusium usque perducendam curavit.

Exstabant in utroque latere crepidines ad pedimentum commoditatem, uti videre est etiam in viis pompeianis, erectaque lapides milliarii.

Eam constat per Bovillas, Ariciam, sub Lanuvio ac paludes circa Pompetiam Anxur recto tramite attigisse, atque inde, per Fundos et Capuam, Tarentum ac Brundusium; ad quarum urbium portus ex Asia, Africa insulisque Interni maris appulsis navibus, per reginam viarum Romanam totius orbis advenae confluunt. Via igitur Appia omnes qui Romanam peterent iter habuere, sive victores, sive victi, sive Romani, sive barbari, ac denique rabidi illi romani nominis hostes, qui urbem omnium principem diriperent. Paulus apostolus, cum ad Caesarem appellasset, Puteolis et ipse per eandem viam Romanam vinctus proiectus est, cui

ad Appii Forum ac tres Tabernas occurserunt Christiani.

Ex vetustioribus viis sane nullam reperies, quae tot tantisque factis memoria dignis ac monumentis celebretur.

Nam, praeter pagos innumeros, villas, stationesque seu mansiones quamplurimas iuxta eam, hinc atque hinc admirari passim licebat magnificentissima monumenta, materie, ornatu, arte signisque celeberrima, quibus inlata clarissimorum virorum corpora condebantur.

In ipso viae ingressu ad arcum Drusi eminebat Scipionum sepulcrum, quod etiam a Tullio memoratur: « An tu, egressus porta Capena, cum Scipionum, Metellorum sepulcras vides, miseros putas illos? » Ex monumentis quampluribus ea exstisse constat, quae Caesaram, Caeciliorum, Metellorum, Aureliorum, Calatinorum, Lelliorum, Apuleiorum magnos cineres servabant. Quae pulcherrima monumenta modo omnia eversa aut dissipata invenies, si per pauca excipias una cum sepulcro, omnium maximo, *Caeciliae Q. Cretici filiae Metellae Crassi*.

Ea igitur via nil magnificentius aut pulcrius, nil religiosius unquam poterat excogitari, cum iuxta Digestum veteresque mores « religiosum locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum insert in locum suum ».

At loca sanctiora eadem via tegit, quae tenet martyrum christianorum veneranda sepultra, in parietibus inextricabilium viarum subfossa, ubi sublimes animae, quas sibi coelum rapuerat, mortales exuvias in spe resurrectionis reliquere.

I. CASCIO.



Via Appia.

NAPOLEON EX OPINIONE VULGI

SINGULARES quosdam viros mirifica quaedam, graece ζηνος, plerumque in vitae curriculo comitantur, ac post mortem etiam persequuntur, quae ex vulgo praesertim profecta comperimus, cum ipsum permagna ac fabulosa fingere animo, summopere detectetur.

Ex mirificis vulgi traditionibus notandam putamus quam de Napoleone Bonaparte abunde describit *Minas Tichéraz*, in gallica ephemeride, cuius titulus *Revue des Revues*. Napoleonicam fabulam ex ore veteris armenii mercatoris Constantinopoli degentis gallicus scriptor hausisse declarat; relata igitur referamus.

« Panaporte (*Bonaparte*) in Gallia ortus », narrat armenius, « Aegyptum bello subegit, quo deinceps Arabes iterum potiti sunt tali gallorum militum clade, ut mortuorum acervus altissimam turrim Turcarum fano adiunctam, quae *minareti* nomine indicari solet, plane aequaret. Attamen Panaporte heros fortissimus habetur, qui universum fere terrarum orbem in suam reduxerit ditionem. Quum in Moscoviam bello subiiciendam una cum septingentis militum milibus profectus esset, Sarmatarum duces, terrore percorsi, quid consilii caperent ancipes haerebant, ita ut Caesar ipse (*Cæsar*) illico e Siberia revocaverit veterem quandam Russorum militum iam ducem, in Armenia natum, rei militaris apprime callidum, qui exilio damnatus fuerat propter immoderatum libertatis amorem. Huius consilio, Petropolis et ceterae Moscoviae urbes incendio deletae sunt, ut hostes fame ac caeli inclemencia perirent; ipsi incolae in intimas imperii plagas se reperirent. Callida admiratus stratagemata, suis duabus Napoleon — Russos — inquit — tali consilio impares facio; aliquem ex veteribus Armeniis id militum esse potius reor. — Gallicus interea exercitus alterius in Moscoviam progressus, ne in unum quidem militem offendit; cuncta enim solitudine ac squalore obsita tabescabant. Rigida vero ineunte hieme, Napoleon quotidie vesperi gravem induebat lacernam, stellas magna animi contentione inspecturus tota nocte, ut iter temporis deprehenderet; idque efficit, ut ipsius oculorum acies tandem perstringeretur. Quadam die quum ex astrorum contemplatione perspexisset brevi futurum esse ut ningeret, ante vesperam se gravi induit penula: et re quidem vera tali copia nix obruit agros, ut commeatibus Gallos intercluderet, quibus, ut famem expellerent, vesci equis omnino opus fuerit. Quin imo non pauci milites, ne nive rigerent, in equorum ventrem evisceratum sese contrahere cogebantur; adeo ut tum fame tum frigore plerisque Gallorum copiis perempti, reliquias vetus armenius imperator suis circumdederit militibus, nulloque negotio ipsum gallicum heroa, maximum regum terrarum orbis sub suam potestatem redegerit. Tanti beneficii gratia Caesar siberiani exilii poena absolutum honoribus cumulavit callidum armenium ducem, cui tamen gratius fuit in Siberiam iterum proficisci, ut pristino regis mandato obtemperaret. A Sarmatarum interim rege candenti ferro obsecutus atque in carcerem coniectus, duobus militibus custodiendus Gallorum rex traditur; qui cum admodum acri ingenio atque audaci esset animo, vafernum init consilium, se ex eorum manibus eripiendi. Qua de re custodibus accersitis — Sentio — inquit — me in eo esse, ut brevi et vivis excedam; vos igitur vehementer adprecor, ut me quamprimum christianus adeat sacerdos, qui mihi culpis absolvendo bene dicat. — Paulo post sacerdos, Russorum vocabulo *Pope* dictus, illustrem in vinculis detentum al-

loquitur, qui quum laqueo *Pope* peremisset, eiusque se induisset veste, milites deceptos et carcerem relinques, in Angliam, etsi caecus, se contulit, ubi tandem exterrit edidit spiritum. Testamento Moscoviae hostes monuit ne Sarmatico mari eam aggredierentur, cum iis oris perarduis sit accessus, verum Ponto Euxino; huic praecerto obtemperatum est bello in peninsula Scythiae confecto, quae vulgo dicitur *Crimea*.

Hactenus armenius mercator, cuius narrationem illi Horatianae tabulae esse arbitramur

Persimilem, cuius velut aegri somnia vanæ Fingentur species (1).

HERSILUS.

AVICULIS PARCE

*Aligerae genti, ruris plebecula, parce,
Nec plumbo, aut saxis ferias, nec glutine captes.
Sit laqueos vetitum, sit mille parare nocivas
Artes, vel cupido nidis occurrere visu;
Ne turbata parens vacuis super incubet ovis
Immitive manu prostratas lugeat aedes;
Nidorum, ruris plebecula, parce popello!...*

*Hic, nondum exorti, vitæ iam limina pulsant,
Ut vos, o pueri, qui noscent gaudia pulli.
Ut vos, o pueri! Socios quia vos facit aetas,
Crescile certatim divo sub lumine fratres,
Laus optata domi, merces dulcissima matri.
Matres quo fletu prolem sectantur ademptam,
O pueri!... nidi, plebecula, parce popello!...*

*Apriles redeunt (laetantur rura) kalendas;
Non est herba virens quae non idylia cantet.
Congerit in stabuli ligno vernalis birundo,
Dum, mutae densa ripæ versata per alnos,
Quid sit amare probans, interdum quid sit amari,
Dilectos foetus servat Philomelā sub alis,
Ne pereant. Nidi, plebecula, parce popello!...
Pactum nuper agens venit passerulus ad me,
In testa casulam condens iuxtaque fenestram;
Quot iuri mihi sat longo mense pusillos!
Ast alio hos rapui libertas cara iuventae!
Non oblitæ redi, et loca, me et dediscere noli:
Hic tibi semper adest hospes, defensor, amicus,
Voce pia clamans: « Plebecula, parce popello!... ».*

E. DE VAISSIERE

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Aemilius Welti, Helveticae reipublicae olim praeses, de cuius obitu in superiori numero mentionem fecimus, Zursach, in Argoviae finibus, anno MDCCXXV ortus, vix secundum supra vigesimum aetatis annum attigerat, cum primum natali in oppido patrocinium gerere instituit, quoadusque anno MDCCCLVI patrio tribunal praefat, post que primum iustitiae administrandæ, deinde studiis curandis summus rector est renuntiatus. Ab anno MDCCCLX consilium rerum publicarum per sexennium moderatus, primum generali foederatarum civitatum conventum ingreditur, deinde supremi Consilii particeps fit. Denique ad supremum reipublicae magistratum anno MDCCCLXIX primum vocatus, sexies in posterum idem munus gessit. Vir prudentia, consilio, fortitudine, omniq[ue] civili sapientia exornatus, de republica pluribus in adjunctis optime meruit, eiusque praesertim habilitati tribuendum est subterraneum iter per S. Gothardi alpes patefactum: ipseque pariter, Madritum profectus, de rebus ad Iberiam commercio commutandis foedus felicissime inivit. At postea, domesticis oppressus moeroribus, in privata vita recessit, ubi quietus tandem mortalem cursum absumpsit.

(1) *Art. Poet. v. 7 seq.*

Magister militum ille **De Rochebouet**, qui Mac-Mahon Galliarum rempublicam gubernanti adstiterat, cum iam ad octogesimum sextum aetatis annum pervenisset, summa senectute decessit.

Hunc vir alias quidem annorum plenus in tumulum secutus est, **Carolus Nuttler**, musices celeberrimus cultor et tabulari notissimi Parisiensis theatri, quod *Opéra* vocant, iamdiu moderator.

Ioh. Rechberg comes, olim Austriaci imperatoris pro negotiis inter gentes agendis minister, die xxi exacti mensis februarii Vindobonae obiit.

Bombay, celeberrima Orientalis Indiae ex urbe *Emirum*, uti aiunt, Asiaticæ provinciae, quam Afganistan appellant, decessisse fama insontat.

Ferdinandus Xau, Galicae ephemeridis, cuius titulus *Journal*, Lutetiae Parisiorum edi solitae, auctor atque curator, in oppido Grasse septimo super quadragesimo aetatis anno mortuus est diabatis morbo consumptus.

Pariter Lutetiae Parisiorum perfrigi morbo periit R. P. D. **Eugenius Clari** archiep. Viterbiensis, in Gallica republica iam abhinc duos annos apostolicus nuntius.

C.

ANNALES

De novi Galliae praesidis exordiente oratione — Quaestio cum Anglis propter Mascate portum Gallis concessum — Inter Sinense imperium atque Italianam controversia — De *Americanismi* epistola ad Baltimoreensem episcopum a Pontifice missa — De infirmitate eiusdem Summi Pontificis eiusque restituta valetudine — Epigrapha de hoc argumento.

ORATIO qua primum Galliae praeses reipublicae congressum allocutus est, generatim bene accepta fuit; praesens enim regimen se tutaturum promisit legumque observantiam contente curaturum. Equidem nemo non videt quanta illi prudentia opus sit, quum tot domi forisque quotidiane fere quæsitiones et controversiae moveantur.

*

Rex Oman concessit Galliae portum cui nomen Mascate in sinu Persico. Inde Anglorum iræ minaque, se portum omnino deleturos, nisi intra tres dies decretum revocaretur. Pactum enim aiebant Angli cum Oman rege nullam illum regni sui partem alienae permissurum potestati. Lis tamen fere composita; recessit Gallia ab ulterius postulando, concedentibus Anglis quaedam commercii commoda, sublatu quovis possessionis iure.

*

Gravior quidem exorta contentio inter Italianam et Sinensem imperium, quum illa quaesivisset, ut pars in litore, cui nomen San Mun, mercede pacta cederetur. Aspere reiecta petitio. Pendet adhuc certamen; est quaestio universa Europa vagata, ancipi p[ro]praesertim in re ceterorum regnorum sententia, quum partim proposito favere, partim occulte adversari videantur.

*

Sub finem elapsi mensis ianuarii Summus Pontifex Leo XIII epistolam ad Baltimoreensem episcopum misit. Argumentum nova illa doctrina cui *Americanismus* nomen inditum. Quaedam in hac exponuntur animadversiones utiles quidem illis qui ab ovili Christi longius vagantur et tamen ad unitatem Ecclesiae redire cupiunt; docentur redditum ad Ecclesiam fieri non posse alio itinere quam quod Christus monstravit.

His litteris ac
Sancti Pauli de M
febr., in *Osservato*
terorum America
Summi Pontificis

Interim comm
inopino nuntio in
rius valetudinis.
annos innoxium
mari atque excitata
extirpandum de
terim omnium ani
scitari, preces ubiq
martiae ad abscis
Pontifex mira con
nus et, circa omni
quinque dierum s
valuit.

Incredibilis tu
omnes quod tale i
venerando sene n
suae annum agent
Infinitus epistolaru
grammatia testantu
quibus honoribus I
catholici sed dissid
prosequantur.

Commentarius
est, Pontifici Maxi
letudinem toto an
tissime accepit atq
quam in eam rem
D. Carolus Nocell
tionis Consistoriali

Iulio Sterb
Minuciana
De Hieron
Inscription
De Lauren
SCIOLI.
De arte sa
H. LAMI
Laurenticas
Zoologicae
CIMEI.
De infant
Anthea (E
Frustula —
Horae sub
Ad V
Annales —
Acta Sand
Aenigmata

Iulii Sterb
LEO XII
De honor
A. GALI
De Vita sa
F. RAM
Operario
De bello i
civitate
Iris Petri
Ad Pueru
Quaenam
via - F
De Chri
Anthea (

qui Mac-Mahon
iam iam ad octo-
milia senectute
umulum secutus
cultur et tabu-
vocant, iamdu

operatoris pro ne-
acti mensis fe-

urbe *Emirum*,
appellant, de-

is, cui titulus
atque curator,
atis anno mor-

periit R. P. D.
ta republica iam

C.

oratione -
ate portum
e imperium
Americanus
piscopum a
dem Summi
dine - Epi-

republicae
m bene ac-
tum pro-
curaturum.
lentia opus
fere quae-

cui nomen
rae minae-
ra tres dies
ant Angli
artem alie-
composita;
cedentibus
lato quovis

Italianam et
et, ut pars
acta cede-
certamen;
pti praec-
ia, quum
versari vi-

nus Pon-
biscopum
America-
bonuntur
li Christi
desiae re-
am fieri
nstravit.

His litteris acceptis valde assensus est episcopus
Sancti Pauli de Minnesota, qui per epistolam VIII kal.
febr., in *Osservatore Romano* diario editam, suo et ce-
terorum Americae episcoporum nomine perfectam
Summi Pontificis consiliis adhaesionem pollicetur.

*
Interim commotus pene totus terrarum orbis
inopino nuntio inclinatae Summi Pontificis in dete-
rius valetudinis. Tumor enim, quem triginta iam
annos innoxium gerebat in latere, repente inflam-
mari atque excitare dolorem coepit. Medici arcessiti
exstirpandum decreverunt. Anxii inter-
terim omnium animi, de Pontifice sci-
scitari, preces ubique institui. Kalendae
martiae ad abscissionem constituae.
Pontifex mira constantia sustinuit vul-
nus et, citra omnium exspectationem,
quinque dierum spatio perfecte con-
valuit.

Incredibilis tunc gratulatio; mirari
omnes quod tale infirmitatis genus ab
venerando sene nonagesimum aetatis
suae annum agente potuerit superari.
Infinitus epistolarum numerus et tele-
grammata testantur quanto amore et
quibus honoribus Leonem XIII nedum
catholici sed dissidentes et ethnici ipsi
prosequantur.

Commentarius noster dum, uti par-
est, Pontifici Maximo recuperatam va-
letudinem toto animo gratulatur, lae-
tissime accepit atque edit epigraphem,
quam in eam rem ad nos misit R. P.
D. Carolus Nocella Sacrae Congrega-
tionis Consistorialis a secretis, an si non

III num. ann. I.

- Iulio Sterbinio. *Disticha* - LEO XIII.
Minuciana - F. RAMORINO.
De Hieronymo Savonarola - R.
Inscriptions - S. GROSSUS.
De Laurentii Bernini vita et operibus - I. C.
SCIOLI.
De arte sacra proposita Augustae Taurinorum
H. LAMBIASI.
Laurentius Perosi - HERCILUS.
Zoologicae res. *De pithecanthropo erecto* - I. TU-
CIMEI.
De infantilis sugentibus luparum ubera - P.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.
Frustula - FORFEX.
Horae subsicivae - *Rivulus et tutur* - F. X. REUS
Ad Vocem Urbis. *Disticha* - H. A. STRON-
ANNALIS - EGNATIUS.
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.
Aenigmata - X.

IV num. ann. I.

- Iulii Sterbini filii Iosepho Alphonso Nicolao
Leo XIII.
De honoribus recens habitis Ioanni Bosco
A. GALLI.
De Vita sancti Francisci omnium antiquissima
F. RAMORINO.
Operariorum cappellani - D. TAMILIA.
De bello inter Hispanos et Foederatas America
civitates - MARIUS.
Iris Petri Mascagni opus - HERCILUS.
Ad Puerum Iesum - F. X. REUSS.
Quaenam ad rationes putandas antiquis genti-
via - F. TEDESCHINI.
De Christi Domini praeseppe - I. CASCIOLI.
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.

Crete in insula, coram popularium comitio, ro-
gatio lata est de tollendis capitulationibus ceterisque pri-
vilegiis, quibus antea advenis cautum erat.

In **Iaponia** Yamagata magister militum legem felici
exitu tulit de tributo in fundorum possessores statuendo.

In **contione Gallica** post nuper exaudita novi rei-
publicae praesidis assueta oratione, lex tum a comitiis,
tum a senatu lata est, de publicis criminum inquisitionibus,
dum necessitas postulaverit, iterum ad examen revocan-
dis, coram omni supremi tribunalis coetu insimul coacto.

Pariter feliciter approbata est ab utroque legibus fe-
rendis comitio summa rationum a supremo agrorum cul-
tus et commerciorum curatore in annum proposita.

animo initiae, nuper relato praeside publice spondente, se
ad Hungarici populi unitatem perficiendam indefesse adla-
boraturum, et quod exteriorum commercia a tripli quo
vocant foedere nunquam discussurum.

SCRIBA.

FRUSTULA

De Quadragesimae tempore.

Ur digni possimus divinis interesse Paschatis my-
steriis, Divo Leone I Pontifice docente, insti-
tutum accepimus quadragesimale ieunium, quod
primis Ecclesias saeculis Christifideles
ita peragebant, ut non nisi post solis
occasum atque herbis tantum et pa-
nibus vescerentur, cum omnibus sive
terrestribus sive aquaticorum animan-
tium carnibus esset abstinentium. At
vi a Christo saeculo pisces comedere
primo licuit; poste vero, per saeculi x
decursum, Angliae incolis et Galliarum
Italiaeque lacticiniorum usus indultus
fuit, praemium interdum piis elargitionibus
vel eleemosynis, quae tunc
temporis potissime ad classes sive com-
parandas sive retinendas adhibebantur,
ut Saraceni piratae et Berberi et Mauri
ab incursionibus arcerentur. Interdum
etiam easdem eleemosynas conlatas ad
templa, sacella et similia exstruenda
novimus. Celeberrimum sane illud est,
turrim campanariam Rothomagensi in
urbe Galliae piis fidelium oblationibus
fuisse excitatam, quas quidem oblationes
elargiti sunt cives, ut cibi butyri
vescendi sibi venia concederetur, quam
archiepiscopus a Summo Pontifice im-
petraverat; ideoque turris illa assiduo
deinde ad nostra usque tempora *Turris*
butyri appellata.

Prima Quadragesimae dies, quam
Patres *caput ieunii* vocant, praecipua
semper abstinentia est celebrata. Hac
eadem die peccatoribus publicae erat
poenitentiae initium: episcopus ipse
ac presbyteri, post fervidum ad afflictiones
hortatum, templo egrediebantur
clero simul ac populo responsorium
iterante: « In sudore vultus tui come-
des panem, quia pulvis es et in pul-
verem reverteris »; quae verba postrema notum est
sacerdotem adhuc dicere, cum hac die, iuxta veterem
Hebraeorum morem, fidelium capita spargit
cinere. Sunt etiam Quadragesimae tempore multae
eaeque variae populi consuetudines, quarum unam
exempli instar mihi hic proponere lubet. In Italia
passim vetulæ simulacrum quoddam ex scrutis fru-
stisque fingi solet, septem munitae pedibus, quibus
septem Quadragesimæ hebdomadae significantur:
unaquaque autem exacta hebdomada, alter ex pe-
dibus obtruncatur; ad ultimum vero, Resurrectionis
die, mutilus omnino truncus igni traditur.

De calceamentis.

Iamque nemo me, qui in superiori commentarii
huius numero de hominum ritu quoad vestes dixi,
hodie ad calceamenta descendere mirabitur, de quibus
nonnulla utilitatis causa memorari opportunum censui.

Cuique vero satis exploratum est, Quirites ma-
iores nostros non nisi sandalia quaedam nonnullis

fibulis ac corrigiis munita adhibuisse; habebant autem et *caligas*, quo nomine militare calceamentum vocabatur, et *cothurnos* pariter ac *soccos*, quos a Graecorum consuetudine imitati fuerant.

Caligae autem, quibus plerumque romani milites utebantur, solea coriacea constabant, cui, ferreis plerumque clavis munitae, ligamenta plura erant, quibus tum superiori pedis parti, tum imae tibiae circumdati ligabatur. Cothurni contra mulieribus ac viris commune calceamentum erat utriusque aptum pedi ex corio usque ad dimidiam cruris partem, quo et venatores et tragodiarum actores utebantur. Sed venaticus et tragicus forma differebant, quia tragicus subere altius sublevato incedebat, ut qui tragoeidas agerent, proceriores viderentur; non ita venaticus, ne pernitas in venando impediretur. Soccus denique mulieribus pariter et viris commune erat, sed cothurno humilior; quare soccis comoedi tantum utebantur, unde metonymice his tragoeida, illis comoedia, et levioris generis carmen significatur. Humillima autem omnium *crepida* erat, a graeca voce allata, genus nempe calcei plani, coriacea sole, qua planta pedis veluti basi innitebatur, et longis habenis, quibus pars pedis superior prope nuda vinciebatur, latine autem solela dicta, quod eo nomine omne genus calcei quo planta colummodo tegitur appellari consuevit. At rudibus his calceis multa deinde post barbarorum irruptiones per aevi medii saecula immutata sunt et addita, et novae semper tibialium formae inventae sunt, tum quasi crepidae humiles, tum caligis longe altiores, tum molles e serica tela vel serico villo confectae, tum ex corio ad genua usque ascendentes' venationi et equitationi aptissimae, tum denique ferreae, qua caphracti equites in proeliis inductebant.

Nos autem, tum ferreis tibialibus tum sericis ac mollioribus crepidis omnino relicts, ex corio tantum calceos fingimus, quos solidos certe firmosque esse decet at insimul molles ac flexiles, ut dum pedes contra hiemem imbruesque contraque externa obstacula et ictus tuerintur, ex eorum tamen pressura non calla nec decorticaciones orientur, nec in unguis caro inducatur.

†

Quae calceorum optima forma.

Ex iis quae diximus, patet, formam calcei magis quam ad usus inconstantiam, ad pedum formam aptandam, qui in utramque partem non aequaliter sese habent, sed maximam altitudinem prope tibias, adversus internam faciem, praeseruent, longitudinem autem maximam a medio calcaneo ad pollicis usque limitem protendunt.

Quarum rerum habita ratione calceamentorum solea fingenda est, imo et longior aliquantulum quam pedes, ut motus rapidi omnino ac soluti in deambulando redditur, quibus servatis regulis, externum etiam pedum et calceorum decus auctum fore existimo. Quo documento crepidarii huius sermonis finem facio, et candide lectoribus ominor, ne pedes, temporum inconstantia et prementibus calceis, nimium quam par est doleant.

†

Iocosa.

Rusticus in foro ante iudiciorum basilicam se debat, quem causidici toga solemniter induit plurimisque voluminibus onusti discurrebant. Quorum unus cum rusticum solarium quoddam demirantem conspexisset, illum quae res esset ignorare arbitratus, illudendi causa, in pistrino vento volvendo molarem

esse lapidem mentitus est. Cui rusticus admiracionem aptissime fingens: « Iam mehercule - inquit - intelligo, cur tot asinos sarcinis onustos ambientes videam! »

FORFEX.

*BIBLIOGRAPHIA* (1)

Histoire de l'art chrétien aux dix premiers siècles. Scriptis F. R. SALMON ex clero parisiensi.

Bonarum artium ortum, progressum, perfectionem, intra nascentis Ecclesiae vicissitudines, adhibitis historiae, apologeticae, esteticae et criticae disciplinis, ab ipso christiana reipublicae exordio usque ad aevi medii plenitudinem clarissimus auctor descripsit.

Picturae symbolicae in coemeteriis repertae, sculpta signa, inscriptions, sarcophagi, lampades primae aetatis, deinde basilicarum extuctio, ornatus, sacerdotum vestes, sacrae suppellectiles, omnia denique inexhausta doctrina illustrantur. His omnibus nitidissima editio, pulcherrimis graphicis exornata, pretium, si tamen licet, addit. O.

Sul motivo primario dell' Incarnazione del Verbo. Scriptis P. FRANCISCUS M. RISI - Romae, Desclée, Lefebvre et socii, 1898.

Rem sane difficultem in disceptationem quaestionemque revocat cl. auctor, qui opus in quatuor partes totidemque volumina distribuit. Animosae contentionis historiam prima complectitur; divi Thomae de re institutiones secunda; quid de eadem senserint Patres atque Catholicae Ecclesiae Doctores diligenter inquirit tertia; in quarta denique traditio biblicis cum doctrinis comparatur. Operis auctoritate id ipsum quo tendit late amplificat, ut omnibus sacrarum disciplinarum cultoribus profecto commendetur.

F.

Carmencita, drama, scriptum a JOSEPHO GRAMEGNA - Edidit Iosephus Maggi, Turri Annuntiatae, an. MDCCXCIX.

Editionem nitidam ac diligentissimam graphidibus elegantissimis exornatam amplissima laude prosequimur. Quid vero de dramate? Profecto nec electi sermonis cura, nec recentioris, quam vocant symbolici styli ostentatio satis videntur ad inane omnino tritumque argumentum excusandum. Utrum vero haec scriptoris consilio respondeant quod in bipartita praefatione explicare nittitur, non facile dixeris, quin antea tot inter coruscantia verba quo illa contendat deprehenderis, quod mihi, de misse fateor, impossibile fuit.

C.

De Bellerophonte, IOANNES FERRANTE, politiorum litterarum doctor, mole parvum, sapientia magnum, eruditione refertum conscripsit librum, quo, genealogiam et facta viri accurate restituens, illa ostendit quae Homericis carminibus poetae imposuerunt, morem sequunt quo « quidquid Gracia mendax », ut ait vates, « audet in historia ».

Editit Panormi officina libraria *Boccone del Povero*.

P. d. V.

Mastoidectomy plexus sinus lateralis implicans, opus JOSEPHI O. STILLSON M. A. doctoris medici, Indianopoli Ind. in America septentrionali plurimis xenodochiis, et plurimis academiis medicis et chirurgicis addicti. - (Philadelphiae).

Multa potentem, Pallade et Apolline propitiis, salutamus virum, qui brevi opusculo mirabiles ausus et felices exitus curationum suarum describit circa morbi genus, quod, ad nostra usque tempora, intractabile et insanabile est iudicatum. Macte! vir; ita esto! Non enim tibi satis fuit optima et mente concipere, et patrare manu, sed communi doctis omnibus usus eloquio, latino scilicet, quae bono alite nactus es ad insigne beneficium humani generis contulisti!


P. d. V.

Val-des-Bois. — Duo sunt nobis reddita opuscula, quae LEO HARMEL, insignis non Galliae modo, sed hu-

(1) Librorum omnium qui ad *Vox Urbis* commentarii moderatorum pervenerint, exhibetur in ipso commentario notitia; quorum bina exemplaria missa fuerint, sit accurata recensio.

mano prorsus generi vir, conscripsit, in quibus, brevi coacervans illa compendio, quae christiano ingenio et caritate ducentibus ad commune operiorum bonum in Val-des-Bois perfectum est, acute rem pertractat, et versat nostris praecipue diebus asperrimam ac dolentissimam. Neque nostrum, neque cuiusvis, etsi optimi, est digno praeconio circumdare tanti viri nomen, cuius famae terrarum orbis ipse sufficere non videtur. Silentio nunc laudabimus. Argumentum in proximi numero attingentes tumulmodo exponemus quid rei sit; quid laudis mereatur lectores ipsimet, comperto opere, intuebuntur.

P. d. V.

*EPISTOLARUM COMMERCII*

Cl. M. Luc. Micr. - *Roterodamum*. — Litterae tuae serius ad nos pervenerunt, quam ut in superiore numero edi possent; immunitis autem occasiois illecebribus, ne in hoc quidem numero neque in posterum eas publicare opportunum duximus. Quod ad novarum rerum appellationem attinet, videbis quam primum id a nobis ex professo tractari. Denique de articulis circa ius gentium apud Romanos tu ipse quid ad sociorum nostrorum utilitatem referat sententiam habeto.

Cl. Laur. Chin. - *Bassanum*. — Versibus ornatis de re plane digna quam pater studiosus agat, scripsisti; carmen vero nimis longum ut per commentarium nostrum in lucem proferatur.

Cl. Ios. Goth. - *Philadelphiam in civitatibus foederatis Americae Sept.* - Tui et plurium sociorum optatis in hoc commentarii nostri numero respondere coepimus rubrica *Per orbem* in secunda operculi pagina. Quid in publicis ad leges coetus actum sit, id etiam, post *Annales*, referemus.

A SECRETIS.

V congressum allocutus est, generatim bene accepta fuit; praesens enim regimen se tutatur promisit legumque observantiam contente curaturum. Evidem nemo non videt quanta illi prudentia opus sit, quem tot domi forisque quotidiana fere quæstiones et controversiae moveantur.

★

Rex Oman concessit Galliae portum cui nomen Mascate in sinu Persico. Inde Anglorum irae minaeque, se portum omnino deleuros, nisi intra tres dies decretum revocaretur. Pactum enim aiebant Angli cum Oman rege nullam illum regni sui partem alienae permissurum potestati. Lis tamen fere composita; recessit Gallia ab ulterius postulando, concedentibus Anglis quaedam commercii commoda, sublato quovis possessionis iure.

★

Gravior quidem exorta contentio inter Italiam et Sinensem imperium, quum illa quaesivisset, ut pars in litore, cui nomen San Mun, mercede pacta cederetur. Aspere reiecta petitio. Pendet adhuc certamen; est quaestio universa Europa vagata, ancipi præsertim in re ceterorum regnorum sententia, quum partim proposito favere, partim occulte adversari videantur.

★

Sub finem elapsi mensis ianuarii Summus Pontifex Leo XIII epistolam ad Baltimoreensem episcopum misit. Argumentum nova illa doctrina cui *Americanismus* nomen inditum. Quaedam in hac exponuntur animadversiones utiles quidem illis qui ab ovili Christi longius vagantur et tamen ad unitatem Ecclesiae redire cupiunt; docentur redditum ad Ecclesiam fieri non posse alio itinere quam quod Christus monstravit.

De Voce
Vox Urbis
Vocis Urbis
Birota vel
Acraephie
F. PELL
Vesperae
Varia. In
I. CUGN
De P
De m
Templum
Anthea (E
Summo P
ZOLETTI
Annales -
Acta Sanc
Epistularu
Aenigma -

De litteris
LICE.
De arte in
De Thoma
Recentium
Archaeolo
Alexander
Anthea (E
In fontem
Frustula -
Annales -
Acta Sanc
Epistularu
Aenigma -

Iulio Sterb
Minuciana
De Hieron
Inscription
De Lauren
SCIOLI.
De arte sa
H. LAM
Laurentius
Zoologicae
CIMEI.
De infantu
Anthea (E
Frustula -
Horae sub
Ad V
Annales -
Acta Sanc
Aenigmata

Iulii Sterb
LEO XII
De honor
A. GALI
De Vita sa
F. RAMO
Operario
De bello i
civitates
Iris Petri
Ad Pueru
Quaenam
via - F
De Christ
Anthea (L

OMNES "VOCIS URBIS" RERUM ELENCHI

I num. ann. I.

- De Voce Urbis - Card. L. M. PAROCCHI.
Vox Urbis - v. u.
Vocis Urbis antesignani - P. C. DE ANGELIS.
Birota velocissima - M. RICCI.
Acraephensis Inscriptio et Oratio Neronis - F. PELLEGRINI.
Vesperae Palatinæ - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Varia. In memoriam Monaldi Leopardi comitis - I. CUGNONI.
De Paccio nomine - I.
De mense octobri, etc. - FORFEX.
Templum Vestae Tibure - I. CASCIOLI.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
Summo Pontifici Leoni XIII. Disticha - A. ANZOLETTI.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Epistularum commercium - A SECRETIS.
Aenigma.

II num. ann. I.

- De litteris graecis et latinis - H. D. V. PIERALICE.
 De arte in bonis moribus - H. LAMBIASI.
 De Thoma Vallaurio - I.
 Recentium librorum - FR.
 Archaeologicae res - H. MARUCCI.
 Alexander Bonvicinius - I. CASCIOLI.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
 In fontem 'Aquaæ Sanctæ' - F. X. REUSS.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Epistularum commercium - A SECRETIS.
Aenigma - X.

III num. ann. I.

- Julio Sterbinio. *Disticha* - LEO XIII.
Minuciana - F. RAMORINO.
 De Hieronymo Savonarola - R.
Inscriptiones - S. GROSSUS.
 De Laurentii Bernini vita et operibus - I. CASCIOLI.
 De arte sacra proposita Augustae Taurinorum - H. LAMBIASI.
 Laurentius Perosi - HERCILUS.
 Zoologicae res. *De pithecanthropo erecto* - I. TUCIMEI.
 De infantulis suggestibus luparum ubera - P.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
Frustula - FORFEX.
Horae subsicivae - *Rivulus et turtur* - F. X. REUSS.
Ad Vocem Urbis. Disticha - H. A. STRONG.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Aenigma - X.

IV num. ann. I.

- Iulii Sterbini filii Iosepho Alphonso Nicolao - LEO XIII.
 De honoribus recens habitis Ioanni Bosco - A. GALLI.
 De Vita sancti Francisci omnium antiquissima - F. RAMORINO.
 Operariorum cappellani - D. TAMILIA.
 De bello inter Hispanos et Foederatas Americae civitates - MARIUS.
Iris Petri Mascagni opus - HERCILUS.
 Ad Puerum Iesum - F. X. REUSS.
 Quaenam ad rationes putandas antiquis gentibus via - F. TEDESCHINI.
 De Christi Domini praesepe - I. CASCIOLI.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.

- De homine et lupo non sua sponte equitantibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Horae subsicivae. Ad Antonium Lupettium - S. GROSSUS.
Ad Vocem Urbis. Epigramma - E. MANCINI.
Annales - EGNOTIUS.
Epistularum commercium - A SECRETIS.
Aenigma - X.

I num. ann. II.

- Litterarium certamen et praemia constituta vi toribus - v. u.
Annus M DCCC XC VIII - A. Z.
 In mortem Felicis Cavallotti et Elisabeth imperatricis latinae elegiae - F. RAMORINO.
 De Adamo Mickiewicz - H. LAMBIASI.
 De rebus Italianis inter et Galliam commercio permutandis - MARIUS.
Horae subsicivae. Reginae Margaritae Sabaudicae - Ad Virginem Dei Matrem precatio *latinis versibus expressit* I. B. GANDINUS.
In Puerum Iesum - P. ANGELINI.
 De Laurentii Perosi opere, cui titulus *Resurre ctio Christi* - C. DE ANGELIS.
 Paulina Teklhionwake poetria et mulieres iron quenses Americae septentrionalis - D. TAMILIA.
 Effossiones novae in area Romani Fori prope templum Caesaris - H. MARUCCI.
 Ex Anglia. De disciplina scholastica apud Brit annos - H. A. STRONG.
 De fine orbis terrarum ac de exitu humani generis - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Logographus - X.

II num. ann. II.

- De probabili foedere inter Angliam et Americae Septentrionalis civitates - A. ZAMA.
 De ethnicorum scriptis in adolescentium insti tutione retinendis - F. TEDESCHINI.
Minuciana - F. RAMORINO.
 Ex Bosphori litoribus - B.
 Tenui victu contentus, Ingluviem fuge. *Ad Fa bricum Rufum. Epistola* - LEO XIII.
 De Moscoviae imperatoris consilio circa pacem - MONTELUCCIUS.
 De monumento sepulcro Romuli attributo et in effossionibus Fori Romani nuperrime invento - H. MARUCCI.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
 Antonius Fogazzaro - HERCILUS.
 Quaedam de instauranda sacrorum dierum ob servantia - LAELIUS.
 De Laocoontis statua - I. CASCIOLI.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Aenigma - X.

III num. ann. II.

- Maiora imperia quae nostra aetate habenda sint - EUCALYPTUS.
 De Isaaco Thoma Hecker - C. I.
 Franciscus Coppee poeta - D. TAMILIA.
 Ex Gallia. De Galliae conditionibus in praesenti arum - SENIOR.
 Latinæ adnotatiunculae - F. R.
 An florum usus fuerit in exsequiis veterum christianorum - I. BONAVENIA.
Gustave Zedé navigium in mare nuper deduc tum - LAELIUS.
 De Iudaica gente in Europa - B. NELLI.

- De Judith tabula Petro Aldi auctore - I. CASCIOLI.
In memoriam - C.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
 De California eiusque incolis - ALPHA.
 De nebulosis inter sidera Orionis et Cete - H. DE VECCHI-PIERALICE.
 Bacchanalia romana ut olim celebrata, ut nunc - FRANC. X. REUSS.

- Gratus Columbianorum animus in Christum Iesum - N.
Annales - EGNOTIUS.
Acta Sanctæ Sedis - THOMAS.
Logographus - C. DE ANGELIS.

IV num. ann. II.

- De coloniis deque earum utilitate - EUCALYPTUS.
 De musica graeca - F. RAMORINO.
 De monumento cardinali Lavigerie eretto - LAELIUS.
 Leopardiana - JOSEPH.
 Ascensus in Alpes - FRANC. X. REUSS.
 De lyricis Horatii carminibus - I. LEMETTE.
 Gladiator morti proximus - CAIUS.
 Nititur in caelum virtus - T. C.
 Ex Batavia - M. L. MICROVIR.
 De Sancti Ioachimi templo - A. P.
 De veneti ducis palatio - H. DE VECCHI-PIERALICE.
 In Alexandri Volta honorem - ALPHA.
Tremulus Daemonis sonitus vulgo Il trillo del diavolo - HERCILUS.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
In memoriam - C.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNOTIUS.
Aenigma - X.

In secunda operculi pagina.

- Varia: Nuptiae tristes - Regna profunda - Ciclopibus digna - Numerorum arcana - Ven eranda Buddhæ - Horologium praestantissimum - Ioci.*

V num. ann. II.

- Leoni XIII Pontifici Maximo - C. DE ANGELIS.
 Christophori Columbi ubi cineres - A. GALLI.
 Felix Faure - EUCALYPTUS.
 Gallorum reipublicae praesides summi - LAELIUS.
 Scalae Sanctæ - FRANC. X. REUSS.
 De populari civitate deque pecuniarum ratione in ea - B. NELLI.
 Mondragone - TITUS.
Intellectuales qui dicuntur - D. TAMILIA.
Minuciana - Comparatio Tertulliani et Minucii - F. RAMORINO.
 Amphitheatum Flavium in pristinam formam restitutum - I. CASCIOLI.
 Ex Germania. De commentariis et de duobus nunc in Germania potioribus - I. K.
Anthea (Eamus ad Ipsum) - P. ANGELINI.
 Antiquus crinium cultus et fucus mulierum gra carum - HERCILUS.
 De concilio episcoporum Americae latinae Romanum convocato - MARIUS.
In memoriam - C.
 De mirabili domorum genere in urbe Neo-Eb raco - G. P.
Frustula - FORFEX.
Annales - EGNOTIUS.
Aenigma - X.

In secunda operculi pagina.

- Varia: Novus num index? - Columbae et pipiones in famulatu medicorum - Perniciosi aëris med dicina - Navigia nosocomia - Idololatri adhuc in Europa!... - Ioci - Anarchia - Libri recens prohibiti.*
Epistularum commercium - A SECRETIS.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud VOCIS URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios VOCIS URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud VOCIS URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

IL CANTICO DEL SOLE

E
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praeſatiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud *Vocis Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

Typis Desclée, Lefebvre & S. nuperrime prodūit

Novum MISSALE

in-4 (33 × 23) rubeis limitibus ac duabus imaginibus *cromolithographicis* exornatum.

EDITIO ROMANA, charactere nigro et rubro absoluta, a S. R. Congregatione approbata, Academiae et Ephemeridis Liturgicae cura atque studio. — Solutum, Lib. 20; *bazana* religatum, foliis flavi coloris, cruce inaurata, Lib. 30; *idem*, foliis quoque inauratis, Lib. 34.

Commentarius, cui titulus *UNITÀ CATTOLICA*, die 26 mensis febr., haec fere scripsit:

MITTUNT ad nos novi Missalis exemplar diligentissimi Sanctae Sedis Apostolicae et S. R. C. typographi Desclée et Lefebvre, quod orbi catholico gratissimum atque acceptabile fore speramus, quippe quia sunt in opere elegantia, et splendor; foliorum autem tenuitas, dum pondus allevat, chartae firmatati nil detrahit.

Cura et studio in quinque et viginti annos productis, egregii typographi, quantum homo possit ac valeat, perfecere librum quem omnes optabant, nec absimilem Breviariis ac Horis Diurnis, quae nuper ediderunt.

Etsi characteres non iidem, qui fuere in duabus editionibus pulcherrimis, queis benemerentissima Societas adlaboravit, nihil haec habet editio quo deterior sit, quinimo et faciliori usu, et minori pretio commendatur.

De forma, pondere et nitore diximus; at laudationem suam promerent initiales litterae in simplicitate elegantes, et a nigris et rubris textus notis non absonae, nec minus laudandae sunt sacrae illae imagines textui interpositae ad ornamentum et ad sacerdotis respicientis pietatem fovendam, vel excitandam, et ad memoriam in Mysterio magis magisque firmandam.

Curatum opportune fuit ut color chartae oculis blandiretur, non illos offendaret, quod plerumque fit si vel nivali albedine charta gaudet, vel in atrum pendeat, vel aliiquid flavescens habeat.

Sed quum prae omnibus cavendum sit ne sacerdos sacra facturus a Mysterio distrahitur per opus necessario in Mysteria intercidens, et cum opus eiusmodi sit, taedi et sollicitudinis plenum opus, sacrarum caeremoniarum per singula momenta enucleata descriptio, Societas S. Ioannis super omnia curavit ut dispositio diligens sacrae liturgiae cum

candore et nitore textus contendat, et quod in textu sit dignum praeconio, in rubricis quoque laudandum appareat.

Qui vel summis oculis praetervolantes hoc Missale respexerint, sentient cum editione hac vel nullam comparandam esse, vel, si qua comparetur, nullam habendam esse potiorem.

Adde nunc hic per extensem Missas esse dispositas, quae frustra in aliis editionibus desiderantur, idque ita factum, ut quae utilia diversis regionibus sunt, prout Hibernicis, quae utilia diversis Congregationibus, et propria, prout est illa presbyterorum saecularium Missionis, etc., praesto sint et opportuna coram oculis adsint.

Quod vero Missale hoc vix unquam lectorem alio mittat quae sit, duci potest velut omnium absolutissimum; semper enim evangelia ac epistolae repetita fuere etiam in missis rit. semidupl. ne sacerdos operatur, hac vel illac inquirendo, volumenque longum versando, distractionem aliquam pateretur. Supervacaneum denique urgere videtur quoad diligentiam ordinemque sacri textus cum folia omnia per S. R. C. singulatim fuerint revisa, et editio ac dispositio per Urbis Liturgicam Academiam effecta.

Ex omnibus quae de egregio Missali isto innuimus licet colligere Domum Desclée et Lefebvre attigisse denique perfectionem illam quam tam diu commune exercuit desiderium.

Pro certo habemus lectores nostros sacerdotes hoc novum Missale omnibus numeris absolutum omnibusque conditionibus respondens, veteribus, quibus adhuc sunt usi, anteposituros.

Liceat nunc liturgicae S. Ioannis Societati optime merita gratulari, quae in cunctis que aggreditur maiorem Dei gloriam, decusque Sanctae Ecclesiae prae oculis habet semperque foveat.

H. GRISAR S. I.

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

TRADUZIONE DAL TEDESCO

Parte I: ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Tria volumina, in-8 magno, Lib. 20.

Quatuor volumina, Lib. 30. — Editum est tantum primum volumen. Altera edentur mense aprilii. — Quatuor volumina, Lib. 30.

ANALECTA ROMANA

DISSERTAZIONI, TESTI, MONUMENTI D'ARTE

RIGUARDANTI PRINCIPALMENTE LA

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

Vol. unicum, in-8 magno, Lib. 15.